A pium,pro infinitiuo δρᾶν, hoc facere, id eſt, ποιεῖν. συλλήβδην, comprehenſum, in vnum aceruum collecta omnis generis bona. ποῦ ᾽στιν. ſ. ἀγαθά. εἴσει Atticè pro εἴσῃ, thema εἴδομαι. πέραινε perfice, finem impone, conclude, ἀνύσας ad extremum deducens quod narras. ἐκ τῶν ποδῶν. vt ſumma & prima hominis pars eſt caput, ita pedes ſunt infima. Proinde caput & pedes pro prima & vltima partibus accipiuntur. Et qui rem totam atque ordine narraturos ſe aiunt, ἐκ κεφαλῆς B ἐς πόδας dicturos ſe pollicentur. Contrà qui recurrunt, id eſt, præpoſterè, & inuerſo ordine rem narrant, dicuntur narrare ἐκ τῶν ποδῶν ἐς κεφαλήν. Quod Carion iocularitér facturum ſe ait, ſed non ſine malo quod ſuæ heræ imprecatur. Nam hæc verba, ἐς κεφαλήν σοι, in perniciem alicuius proferuntur, id quod nos antea ſemel atque iterum obſeruauimus. Hanc autem fuiſſe Carioni mentem, verbum hoc πράγματα manifeſtè docet. Significat enim hæc vox quandoque ὄχλησιν, id eſt, moleſtiam. Quomodo Latinis negotium, dum dicunt, faceſſam tibi negotium. Propterea vxor Chremyli ſentiens ſe hoc verbo ludi, prudenter malum, à ſuo capite petit repulſum, dum ſubdit. μὴ δῆτα, &c. μὴ μέν. ἀγαθά quidem volo & probo, ſed non πράγματα. ὡς cum τάχιστα. Vbi primum, ſtatim vt. ἄνδρα. Seruiliter Deum vocat ἄνδρα, eúmque ἀθλιώτατον, mouetur enim ex eo quod foris in Pluto apparebat, ex cæcitate, & externa calamitate, quæ interni numinis & virtutis in Pluto latentis maieſtatem tegebat. vel ideo ἄνδρα dixit reſpectu Aeſculapij, quem θεὸν vocauit, vt potentiorem Deum, & vt à quo Plutus eſſet curandus.

Καρ. Ἄκουε τοίνυν. ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα,
C Ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ᾽ ἐρῶ.
Γυ. Μὴ δῆτ᾽ ἔμοιγ᾽ ἐς τὴν κεφαλήν. Καρ. μὴ τἀγαθὰ
Ἃ νῦν γεγένηται; Γυ. μὴ μὲν οὖν τὰ πράγματα.
Καρ. Ὡς γὰρ τάχιστ᾽ ἀφικόμεθα πρὸς τὸν θεὸν,
Ἄγοντες ἄνδρα, τότε μὲν ἀθλιώτατον,
Νῦν δ᾽ εἴ τιν᾽ ἄλλον μακάριον κ᾽ εὐδαίμονα,
Πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν.
D Ἔπειτ᾽ ἐλοῦμεν. Γυ. νὴ Δί᾽ εὐδαίμων ἄρ᾽ ἦν
Ἀνὴρ γέρων ψυχρᾷ θαλάττῃ λούμενος.
Καρ. Ἔπειτα πρὸς τὸ τέμενος ἦμεν τοῦ θεοῦ.

CA. *Auſculta iam igitur: nam totum negocium*
C *Percenſebo ordine tibi: à calce vſque ad caput.*
MV. *Minimè mihi in caput:* CA. *an non ea, quæ modò bona*
Euenerunt? MV. *modò non mihi dent negotium.*
CA. *Igitur ſimulatque peruenimus ad hunc Deũ,*
Ducentes Plutum, (tunc quidem miſerrimum,
At nunc beatum & fælicem, vt, ſi quis alius:)
Primò omnium nos ad mare eum perduximus:
Et aquis marinis abluimus. MV. *næ tum fuit*
D *Beatus ille: frigido lotus mari,*
Homo ſenex. CA. *pòſt in delubrum Æſculapij*
Conceſſimus: & aræ impoſitis ſacrificijs

Σχόλια. Ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι.] Τὸ μὲν φαινόμενόν ἐστι τὸ τὸ ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους ἐρῶ τὰ πράγματα. νοεῖται δὲ καὶ ἕτερόν τι πάνυ αἰσχρὸν καὶ ἄξιον τῆς τῶν δούλων ἀσελγείας καὶ μοχθηρίας. ἡ γυνὴ δὲ πράγματα τὰς ὀχλήσεις ἐνόησε, καὶ διὰ τοῦτο λέγει μὴ δῆτ᾽ ἔμοιγ᾽ ἐς τὴν κεφαλήν. Μὴ μὲν οὖν τὰ πράγματα.] ὅτι ἐπὶ κακοῦ ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι τὰ πράγματα, ἰδοὺ διεσάφησεν. καὶ Μένανδρος δὲ ἐν γεωργῷ. ἐν πράγμασιν, ἐν μάχαις. ἐν ἤθει δὲ ἀναγνωστέον. Νῦν δ᾽ εἴ τιν᾽ ἄλλον] δέον εἴπερ τις ἄλλος εἰπεῖν εἴπερ τιν᾽ ἄλλον εἶπε πρὸς τὴν ὅτι. ὅθεν αἰτιατικήν. Ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν.] ἔθιστο γὰρ τοῖς ἀρχαίοις ἐκεῖ καθαίρειν τοὺς ἀφωσιωμένους. Ὅμηρος. Κ[αὶ] εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔβαλον.

E

BISETVS. Ἐπὶ θάλατταν.] Οἱ παλαιοὶ τοὺς φόνους, καὶ τὰς ἀκαθαρσίας ὕδατι καθαίρεσθαι ἐνόμιζον. Σοφ. Αἰ. Μασ.

F

Ἀλλ᾽ εἶμι πρός τε λουτρὰ καὶ παρακτίους
Λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ᾽ ἁγνίσας ἐμὰ
Μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς.

Σχόλια. Ἔπειτ᾽ ἐλοῦμεν,] ἀπὸ τοῦ λούω. ἢ ἀπὸ τοῦ ἐλούομεν κατὰ συγκοπήν.

BISETVS. Ἐλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ ἐλούομεν, ὡς καὶ τὸ λούμενος, ἀντὶ τὸ λουόμενος.

Σχόλια. Νὴ Δί᾽ εὐδαίμων.] ἐν εἰρωνείᾳ, ἀντὶ τοῦ κακοδαίμων. τὸ γὰρ εὖ ἀντὶ τοῦ δυσμοιρίου. τὸ δὲ ψυχρᾷ θα- G λάττῃ διὰ τὸ τῆς οὐσίας ψυχροὶ τῶν γερόντων. τὸ δὲ ἦμεν ἀντὶ τοῦ ἐπορευόμεθα. διὸ μετὰ τοῦ ι ἀπὸ τοῦ εἴω.

GERARDVS. Εἴ τιν᾽ ἄλλον.] Accuſatiuus pro nominatiuo poſitus eſt: accuſatiuos enim ſpectauit antecedentes & ſubſequentes. Dictum certè oportuit εἴ γέ τις, vel εἴπερ τις ἄλλος. ſ. ἐστὶ μακάριος. κ᾽ εὐδαίμονα pro καὶ εὐδαίμονα. ἐπὶ θάλατταν. Ab antiquis vſque huc manauit hęc opinio, vt mare polluta quæcunque purgaret. Traditur hoc monumentis literarum. Cùm Plato ad Aegyptios ſacerdotes ire ſtatuiſſet, vt Aegyptiæ ſa- E pientiæ (quæ tunc celeberrima erat) placita & dogmata perdiſceret, Euripidem comitem habuit, quem ſacerdotes Aegyptij, vbi intellexiſſent morbo comitiali (ita enim nonnulli credunt) obnoxium, in mare demergi iuſſerunt, qua ex lotione Euripides morbo liberatus, carmen hoc cecinit:

Θάλασσα κλύζει πάντα τ᾽ ἀνθρώπων κακά. id eſt,

Mare abluit vniuerſa mortalium mala. Euripidi & Ariſtophani aſſentiuntur & huius tempo- F ris homines, qui à rabido cane morſos, putant à rabie fore tutos, modò aliquot dies poſt morſum mari abluantur. ἐλοῦμεν imperfectum à λούω. per ſyncopen autem pro ἐλούομεν, quomodo & mox dicet λούμενος pro λουόμενος. εὐδαίμων per ironiam, pro κακοδαίμων. ψυχρᾷ. Etiam ſi aqua marina dulcibus aquis calidior eſt, vt quæ ſpiſſior eſt & corpulentior, quare & quæ calorem melius confoueat, proptereáque flammam non æquè promptè extinguat, atque aliæ aquæ, ta- G men ſuapte natura frigida eſt, frigidior autem cenſenda, ſi ſenibus accommodes: hi enim naturali calore extincto, perpetuo frigore frigeſcũt. ἦμεν, εἴω vnde eſt εἶμι vado, facit perfectum medium εἶα Atticè ἦα, prima pluralis hinc fit ἤιμεν, quæ per ſyncopen effertur ἦμεν. Poteſt eſſe & pręteriti imperfecti ab eodem εἶμι. facit enim

ἔειν,